Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Liber tercius

Cap. j

Audiam quid loquatur in me dns ds. Beata aia que dnm in se loqntem audit. et de ore consolacionis verbu accipit. Beate aures que venas divini susurrij accipiunt. et de mundi huius susurracionibus nichil advertunt. Beate plane aures que no vocem foris sonantem sz intus auscultant veritatem dicentem. Beati oculi qui exterioribus clausis interioribus at sunt intenti. Beati qui interna penetrant et ad capienda archana celestia magis ac magis per cottidiana exercicia se student preparare. Beati qui deo vacare gestiunt et ab omni impedimento seculi se excuciunt. Animadverte hec aia mea et claude sensualitatis tue ostia ut possis audire quid in te loquatur dns deus tuus.

Hec dicit dilectus tuus. Salus tua ego sum pax tua et vita tua. Serva te apud me et pacem invenies. Dimitte omnia transitoria et quere eterna.

Quid sunt oia tpalia nisi seductoria Et quid iuvant omnes creature si fuis a creatore deserta. Omnibus go abdicatis creatori tuo te redde placitam et fidelem ut vam valeas apprehendere btitudinem

Qz veritas intus loquitur sine strepitu vborum